

Mythologia, Padoue, 1616 - 94 : La Sphinge et la Chimère de Lycie

2 médaillons

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

[Nove Imagini, Padoue, 1615 - 081 : La Sphinge et la Chimère de Lycie](#) □ a pour reproduction ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 94 : La Sphinge et la Chimère de Lycie ; 2 médaillons, 1616

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7813>

Copier

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616

ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute -

<https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>


Formatin-4

Pagination

- p. 496
- p. 525

Exposition virtuelle[La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024



Tegeam pervenisset (erant enim tunc fœderis iure omnia pacata in ciuitatibus) atque fabricarum officinam esse ingressus, ibi inueniri posse ossa Orestis in memoriam venit, quia ventos folles oraculum appellasset : percutientem, maleum; repercussum, in eundem hominum perniciem, securum, quo in præliis cecidit hominibus vsi fuissent atque sepulta fuisse postea Orestis ossa memorant iuxta Parcarum sanum in sepulchro Agamemnonis, ubi iussi sunt Tegeæ ab oraculo illa sepelire, ut ait Pausanias in Laconicis.

ATQVE hæc illa sunt, quæ de Oreste ab antiquis memorantur. Quod hæc ad historicam narrationem referenda sint omnia prope, nemini dubium esse arbitror. at quod ita fuerit Orestes à furis exagitatus ob parricidium, quod vel insu oraculi commiserat, illud solum nobis est considerandum. Dicunt huic visas fuisse Furias, quæ ardentes faces assidue illius oculis obijcerent, à quibus semper terrore horribili afflictebatur, per quas neque diurno neque nocturno tempore quiescere licebat: hanc animi molestiâ, atque adeo huic mentis furorem, conscientie stimulos fuisse constat, quibus scelerum flagitiorumque sibi conscius homines exagitantur: cum nihil magis animum assidue torqueat, quàm præteritorum flagitiorum memoria, quod ita testatur Cicero in Oratione pro Roscio Ameri-

uo: Nolite putare quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos, qui aliquid impie scelera teque commiserint, agitari, & perterriti Furiarum tædis ardentibus. sua quemque fraus, & suus error maximè vexat: suum quemque scelus agitat amentiaque afficit, suæ malæ cogitationes, conscientiaque animi terrent. Hæ sunt impijs assidue domesticæque Furæ, quæ noctes diesque pœnas præteritorum peccatorum à consceleratissimis hominibus repetunt. Nam cum nihil magis quam præteritorum scelerum recordatio animum infestet, tum nihil magis hominum quieti, & tranquillitati confert, quam integritatis opinio, & nullius fraudis sibi esse conscius: quod per hanc fabulam antiqui significarunt. at nunc de Chimæra dicamus.

De Chimæra. CAP. III.

CHIMÆRA monstrum illud celeberrimum apud antiquos, Echidnæ ac Typhonis filia fuisse dicitur, ut scripsit Hesiodus in Deorum ortu, ubi loquitur de Echidna in his: *ἡ δὲ χίμαιρα ἔτικτε πνέουσαι θρῆμαί κετον πύρ, δεινὴν τε μεγάλην τε ποδ' ἀνέαυτε κρατερὴν τε, τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί, μία μὲν χαροπόου λέοντος, ἡ δὲ χίμαιρας, ἡ δ' ὄφιός τε κρατερόν τε δράκοντος.*



πρὸς-

muliebri facie ac pectore fuisse prodier, pedes & caudam habuisse leonis, pennas autem volu-
eris. At Clearchus caput & manus puellæ cor-
pus canis, vocem hominis, caudam draconis,
leonis ungues, alas atque, illam habuisse scrip-
sit. Hæc Sphinx singulis hominibus prætereanti-
bus in Phyceo colle residens obscura sanè ænig-
mata proponebat, quæ capiebat à Musis: at-
que quicumque illa soluere nequiuisset, in ungui-
bus Sphingis lamabatur. Erat autem fato sta-
tutum tunc esse Sphingi moriendum, cum quis
propositum ænigma soluisset: atque cum mul-
ti ab ea lamarentur, pronuntiaturum fuit per præ-
conem, quia cupiebant Thebani illa molestia
liberati, quod is esset Thebarum regum ca-
pturus, & vocem Creontis Aemonis filii habitu-
rus, quæ pulcherrima erat omnium mulierum
eius ætatis, qui Sphingis ænigma soluisset. Scri-
psit verò Myrleanus Asclepiades q̄ ēē testatur
Isacius, facillimè Sphingem lacerare homines vi-
ctos consuevisse, quippe quæ priores corporis
partes haberet leonis, ac ungues gryphi: neque


quisq̄ poterat aufugere, cū alas haberet aquilæ,
cūsumeq̄ ad illos conuolaret: quantum postre-
mas corporis partes haberet hominis. Multa
fuerunt enigmata & longè diuersa, quæ diuer-
sis nationibus proponebat, sed hoc ferè semper
ponebatur Thebanis euicandum, vt scri-
psit idem Asclepiades:

ἐστὶ δὲ πρὸν ἐπὶ γῆς, καὶ τετραπόδον, ἢ μίαν φωνὴν,
ἢ τριπόδον· ἀλλὰ καὶ δὲ βῶν μόνον, ὅς ἐστι γαῖαν
ἐρπετὰ κινῆται, ἀνὰ τ' αἰθέρα, καὶ χεῖρ' ὄντων.
ἀλλ' ὅπόταν πλητοῖσιν ἐπιγόμενον ποσὶ βαί-
νῃ,

ἐν δ' αὖ τὰς γῆς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων πέλει αὐτῇ.
Est bipes & quadrupes in terris: solaq̄, vox huius:
Atque tripes, mutat vocem solum, omnia campis,
Inter quæ serpunt, quæ cælo, & fluctibus errant.
At vbi contendit pedibus iam pluribus, illa
Deficiunt vires, & lentis robora neruis.

Hoc ænigma cum soluisset Oedipus, regnū
& Iocastam matrem Aemonis filii Creontis quæ
uxorem duxit.

Fuit enim Oedipus parricida, vt prædictum



fuerat ab oraculo - nam cum Laius Thebano-
rum rex oraculum consulisset, postquam re-
gnum Thebanum illi fuit delatum post mor-
tem Zethi & Amphionis, gerente in vtero Ioc-
asta uxore, responsum est ab Apolline Delphico
illum à filio interfectum iri, quod etiam accidit

postea in via Schiste vocata in Phocide - Laius
responsa territus recessu natam plantis pedum
transfixis in monte Cithærone Platæidis terræ
exponi iussit, quem Corinthus & ad Ithum
regio aluit, ac trisium Phocidis ab ignato filio
paterno sanguine pro responso oraculi fuit pol-
lutum.